

## TIT. XXIX.

## De Clericis Peregrinantibus.

289 **C**lerici peregrinantes (idem ex eadem ratione est dicendum de Laicis) qui scilicet ad Apostolicam sedem proficiscuntur, debent esse simul cum suis rebus sub Apostolica protectione securi. *c. un. h. t. idem est in L. 2. tit. 24. p. 1.* Hinc qui capiunt, vel spoliant suis rebus Romipetas, & peregrinantes ad limina Apostolorum, vel ibi morantes, vel redeuntis, incurrunt excommunicationem. *c. 23. 24. q. 3.* Ille, qui à *Judice à quo gravatur* potest non solum verbo, sed etiam facto ipso appellare: iter, scilicet, arripiendo ad Sedem Apostolicam. *c. 52. de Appellat.* dum tamen hoc fiat intradecendum, & iudici, vel parti intimetur; *arg. c. un. h. t.* Quod si postquam fuit citatus iter arripiat, Iudex, hoc non obstante, in causa procedat: & idem reus debet iter arripere antequam citatione sit preventus. *c. 9. de Appellation.* Sanè arrepto itinere tempore legitimo, suspenditur iurisdicção *Judicis à quo*, ita ut nihil jam possit innovare in causa, & quicquid innovatum fuerit, revocatur, ut attentatum. Etsi quid peregrinanti sit ablatum in iudicio, vel extra, ipsi restituendum est. Et hæc peregrinatio ab onere petendi Apostolos relevat. Et quidem debet sic appellans iter arripere, antequam ejus adversarius impetrasse litteras Apostolicas ad delegatum, vel antequam hujus impetrationis notitiam habeat: alias itineris arrepto, ut malitiosa ei non prodesset: quia hæc appellatio non ad deprimendam cujusquam justitiam, sed ad removendum gravamen fuit concessa. *c. 15. de Appellat.*

## TIT. XXX.

## De Confirmatione utili, vel inutili.

290 **C**UM sententia appellata sæpè confirmetur à *Judice superiore*, in præsentem agitur de ejus confirmatione: & inde etiam de aliorum actuum confirmatione tractatur. *Confirmatio enim est juris prius habiti, seu quesiti corro-*

*boratio per legitimum superiorem facta.* Præsupponit siquidem aliquid esse, quod confirmetur: nec alius quam superior confirmare potest, cum confirmatio propriè dicta ad imperium pertineat, & omnium ore decantatum sit: *quod par in parem non habet imperium. L. 4. ff. de Recept. qui arbit.* Quod si inferior aliquando confirmare dicitur, potius approbat, quam confirmat. Confirmatio est duplex: alia est *simplex*, seu in forma communi, & *ordinaria*, alia in forma speciali, seu *ex certa scientia*. *Confirmatio simplex* est quando superior non plene, sed in confuso tantum de negotio instructus actum inferioris confirmat in eo statu, in quo antea fuit. Et in dubio confirmatio in forma communi facta censetur: nisi constet, factam esse in forma speciali, & ex certa scientia. Talis enim confirmatio non præsumitur, nisi probetur. *Suar. de Legib. lib. 8. cap. 18. n. 7. Barbos. in c. 2. h. t. n. 3. contra Joan. And. & alios.* Et licet confirmatio communis auctoritatem, & majorem firmitatem actui tribuat, quando ipse est validus, quando tamen est invalidus nullum effectum habet confirmatio, sed cum in sua nullitate relinquit. *c. 4. h. t. c. 29. de Privileg. Suar. de Legib. lib. 8. c. 18. n. 8.* quia quodammodo est conditionalis, & animus Principis non est novum jus dare, sed tantum præexistens roborare. Hinc privilegia per Papam, vel Tridentinum revocata, si postea in forma communi confirmentur, non reviviscunt: secus est, si in forma speciali confirmentur.

291 *Confirmatio in forma speciali* est, quando cum exacta negotii notitia, omnibusque illius circumstantiis accuratè examinatis, actum inferioris confirmat superior: v. gr. si in confirmatione apponantur hæc clausulæ: *Ex certa scientia, ex plenitudine potestatis: vel supplendo omnes juris, & facti defectus: vel non obstante contraria dispositione: vel aliæ similes, vel si actus confirmatio à confirmante iteretur, vel aliter constet, cum plena cognitione, velle superiorem actum confirmare.* Vel si in confirmatione inseratur totus tenor actus confirmati. *c. 8. h. t.* Et tunc confirmantur etiam ea, quæ præsumitur Princeps ignorare, ut estatuta, & consuetudines speciales locorum, quæ alias etiam ex clausula *ex certa scientia*: non confirmantur. *Barbos. in c. 4. h. t.* Confirmatio igitur specialis æquivalere novæ concessioni, ac proinde novum jus actui confirmato tribuit, suppletque defectus, qui in eo intervenerunt, etsi fortè invalidus erat,

## De Confirmatione utili, vel inutili.

validum reddit. *cap. 1. de Transaction. & Gloss. ibid. Suar. de Legib. lib. 8. c. 18. n. 12. Gonz. in c. 2. h. t. n. 5.* nisi actus laboret defectu indispensabili à confirmante: v. gr. si est contra Jus Naturale, Divinum, vel Gentium: vel talis, ut licet possit non tamen soleat confirmans dispensare. Quippè tunc specialis mentio requiritur, *c. 81. de Reg. jur. in 6.* vel si sit in tertii præjudicium: quoniam non præsumitur, Principem tertio velle præjudicare, nisi hoc specialitèr exprimat. *c. 15. de Offic. delegat.* Confirmatio super sententia, à qua erat appellatum non valet, si appellatus malitiosè prævenit appellentem: alius pendet, donec de appellatione cognoscatur. *c. 3. h. t.* Nec valet, item confirmatio, quam Religiosus impetravit à Papa super temporali administratione, seu Prioratu, si tacuit, se Religiosum: si verò expressit, rescriptum præsumitur falsum: quia Papa non solet hoc concedere. *c. 5. c. 6. h. t.* Nec tenet sententia, seu laudum contra formam juris, vel compromissi latum per arbitros, licet per Papam fuerit in forma communi confirmatum. *c. 7. h. t.* item collatio Ecclesie alicui facta per Legatum, & Papam confirmata non lædit Jus Diocesani. *c. 9. h. t.* Si tamen dubitetur, an confirmatio sit vera, vel falsa, legitima, seu illegitima, non potest de hoc principalitèr cognoscere Iudex inferior, potest tamen incidentèr; *arg. c. 9.*

*de in Integr. restit. L. 3. C. de Judic. v. g.* si sciat, actum à Papa, in forma communi confirmatum, esse invalidum, accessorisè pronuntiat confirmationem esse nullam. Vel si confirmatio sit subreptitia, vel de re litigiosa. *c. 1. c. 2. h. t.* secus est si dubitetur, an in forma communi, vel speciali sic facta, ut sciat, an possit de re confirmata judicare. Nam tunc de tali confirmatione nequit inferior judicare. *c. 1. h. t.* Quando instrumenta privilegiorum per vetustatem sunt consumpta innovari solent: sed cum hæc innovatio tantum sit materialis nullum novum jus tribuit. *c. 4. h. t. c. 13. c. 29. de Privileg.* si verò ipsa gratia, vel privilegium confirmetur à Principe, si hoc in forma communi faciat, nihil de novo addit, nisi majorem firmitatem, si in forma speciali fiat, gratiam, & jus de novo confert hæc confirmatio. Etsi fortè privilegium per non usum, vel usum contrarium, vel revocationem sit amissum, illud reviviscere facit. *Suar. de Legib. lib. 8. c. 20. n. 8.* ubi alios citat, refertque, hanc fuisse sententiam doctissimorum virorum Salmanticensium. *Barbos. in c. 4. h. t. n. 18. & alii.* Hæc de iudiciis dixisse sufficiat, nec nobis datum est hanc materiam velis expansis navigare, sed tantum oram adlabere permisum, siquidem incunctantèr properamus ad metam.

LIBER III. DECRETALIUM.  
GREGOR. IX. PONTIF. MAX.

## TITUL. I.

## DE VITA, ET HONESTATE CLERICORUM.

**C**UM Clericorum vita sit quasi speculum, & norma vivendi toti Populo. *Trident. sess. 22. de Ref. c. 1. L. 57. tit. 5. p. 1.* ibi: *Cuerdamente deben los Perlados traer sus facienda, como omes, de quien los otros toman exemplo.* Hinc est, quod debent non solum aliis scandalum non dare, sed ceteros suo exemplo ædificare. Sanè Clerici, & beneficiati, etiam in minoribus constituti, ut per decentiam habitus extrin-

seci etiam honestatem intrinsecam ostendant, debent deferre vestem, & coronam, seu tonsuram suo ordine congruentem: quod si non faciant ultra peccatum grave, quod regularitèr committunt, puniuntur suspensione ab ordinibus, officio, & beneficio: & si semel correpti denuò delinquant, coercendi sunt per privationem officiorum, & beneficiorum. *c. 15. h. t. Cl. 2. rod. Trid. sess. 14. de Ref. cap. 6.* Sed ut hæc poenæ incurrantur, est necessarium, ut Clericus habitum perseverantèr non ferat, ita ut



communiter existimetur Laicus. Nec penas incurrit, qui non deferat habitum in itinere, vel qui timet periculum: vel si dormi non deferat: vel si non deferat tonsuram, si tamen deferat habitum: vel si non deferre habitum conducit ad fructum, & salutem animarum, vel ad tollendum scandalum, vel quid simile: nam tunc, etiam Religiosi, possunt suæ Religionis habitum exuere. Et sic fit in Sinicis, & Malabaricis Missionibus, ubi Missionarii barbam oblongam nutriunt, vesteque propria Regionis induuntur, ut aliquando vidi Manilæ; tunc ergo habitum proprium Clericorum describemus, & quid ad eorum spectet honestatem dicemus.

2 Et ut à capite incipiamus: omnes Personæ Ecclesiasticae debent coronam habere. c. 32. D. 23. ibi: *Nec oportet Clericos comam nutrire, & ministrare, sed atonso capite, patentibus auribus, & secundum Aaron talarem vestem induere, ut sint in habitu ornato.* Usus tonsuræ Ecclesiastici, quæ à temporibus Apostolorum viget, ortum habuit à Nazaræis, qui Prius crine servato post magnam vitæ continentiam caput radebant, & capillos in ignem sacrificii projiciebant. S. Isidor. L. 2. de Eccl. Offic. c. 4. Barb. de Jur. Eccl. L. 1. c. 40. n. 5. Circa significationem coronæ, & tonsuræ audiamus. D. Hieronym. in c. 7. 12. q. 1. Qui loquendo de Clericis ait: *Hi namque sunt Reges, id est, se & alios regentes: ita, & in Deo Regnum habent, & hoc designat corona in capite: hanc coronam habent ab institutione Romanæ Ecclesiæ in signum Regni, quod in Christo spectatur.* Rasio verò capitis est temporalium omnium depositio. Nec Clerici possunt barbam nutrire, sub excommunicationis poena. c. 5. h. t. ibi: *Clericus neque comam nutriat, neque barbam.* Junct. c. 4. h. t. Quod si nutriant, possunt inviti à suo Archidiacono tonderi. c. 22. D. 23. c. 7. h. t. Usus comæ fictitiæ. Hispanè: *Peluquin*, aliquando potest licere ex rationabili causa: v. g. ob capitis debilitatem, præcipuè ubi praxis faveat. Sub excommunicatione tamen est prohibitum celebrare Missam capite velato. c. 57. de Cons. D. 1. & Innoc. XII. An. 1692. Ab Episcopis contra hunc abusum remedium adhiberi decrevit, & denique Bened. XIII. usum comæ fictitiæ absolutè prohibuit. Sed contra tot Decreta prævaluit usus, vel abusus: præcipuè in Galliæ, & Italiæ. Clericis, Hispaniæ in hoc puncto (utinam, & in aliis!) Sacrorum Canonum simplicitatem sequuntur. \*

3 Vestis Clericorum debet esse talaris, id est, usque ad talos pertingens. c. 32. D. 23. Clausa desuper, nimia brevitate, vel longitudine non notanda: pannis rubeis, aut viridibus, necnon manicis, aut sotularibus consutis, frænis, sellis, pectoralibus, calcariis deartatis, aut aliam superfluitatem gerentibus non debent uti: cappas manicatas ad Divinum Officium intra Ecclesiam non gerant, sed nec alibi, qui sunt in Sacerdotio, & personatibus constituti, nisi juxta causa timoris exegerit, habitum transformari. Fibulas omnimò non ferant, neque corrigias auri, vel argenti ornatum habentes: sed nec annulos, nisi quibus competit ex Officio Dignitatis, ut Episcopis. Pontifices autem in publico, & in Ecclesia superindumentis lineis omnes utantur, nisi Monachi fuerint, quos oportet ferre habitum Monachalem. Pallis diffusulatis non utantur in publico, sed vel post collum, vel ante pectus, hinc inde connexis. c. 15. h. t. Denique tamquam regula generalis debet haberi, quod Clerici utantur veste communi Clericorum juxta Regionis ubi resident usum, & consuetudinem. c. 15. D. 30. Episcopi utuntur galero viridi, & violaceo, Regulares colore præscripto sua Regula. Cardinalibus concessit Innoc. IV. in Conc. Lugd. An. 1240. usum purpuræ: rubri galeri, Hispanè: *Capelo*. Cæteri verò Clerici communiter nigro colore utuntur. Clerici verò, si Doctores sint, possunt uti annulo, siquidem annulus est unum ex insignibus, quibus inaugurantur Doctores, cum creantur. Barb. de Jure Eccl. L. 1. c. 40. n. 23. Licet alii teneant contrarium: quare praxis ubique erit servanda.

4 Etiam prima tonsura initiati; si beneficium, habent, vel pensionem, vel jus ad beneficium, habitum Clericalem, & tonsuram simul deferre tenentur. Cl. 2. h. t. Trid. sess. 14. de Ref. cap. 6. Nec sufficit gestare habitum, vel deferre coronam. Barbos. de Jur. Eccl. L. 1. c. 40. n. 3. & alii. Si non habent beneficium, non tenentur deferre habitum, & tonsuram Clericalem, sed si non deferant non gaudent fori privilegio: Imò nec Canonis juxta Suar. de Censur. D. 22. sess. 1. n. 11. & alios, quod negant Molin. de Just. & Jur. tr. 3. D. 54. n. 9. & alii. Attamen privilegium fori semel amissum per habitus dimissionem, illum reassumens, iterum recuperat, & sic declaratum refert. Barb. in Trid. sess. 23. c. 6. n. 6. Nec arma, sub excommunicationis poena, Clerici possunt gestare. c. 2. h. t. nam arma Clericorum sunt

sunt dolor, sletus, orationes, & lacrimæ. c. 3. 23. q. 8. C. fin. D. 36. Et Religiosi, si arma teneant, sine Superioris licentia, intra Monasterii septa, ipso facto sunt excommunicati. Cl. 1. §. Quia verò, de Stat. Monach. Omnes tamen in casu necessitatis ea gestare possunt: v. g. in itinere, vel in obsidione, ad terrorem latronum, vel ad propriam defensionem. Gloss. in c. 2. h. t. V. Clerici Barb. de Jur. Eccl. L. 1. c. 40. n. 139. Quod si ter moniti à suis Prælatibus Clerici non paruerunt, cum privilegium fori amiserint, possunt armis spoliari per Magistrum Sæcularem, vel si in flagranti crimine deprehendantur, & aliter damnum ab ipsis inferendum non possit vitari: imò juxta Covarr. lib. 2. Var. cap. 20. n. 18. & Clar. §. fin. q. 36. n. 26. possunt spoliari à Jure Sæculari armis Lege Politica prohibitis: quod tamen rectius negant Barbos. Gonz. & alii: quia coercitio Clerici pertinet ad Ecclesiasticam, non tamen ad Sæcularem potestatem. c. 2. & 12. de Foro comp. c. 8. de Judic.

5 Clerici, præcipuè in Sacris constituti, non solum castè, & continentèr vivere debent, sed etiam extra omnem incontinentiæ suspitionem. c. 13. h. t. Ideoque Monialium Monasteria sub depositionis poena prohibentur frequentare sine justa causa. c. 8. h. t. Leg. 36. tit. 6. p. 1. Gonz. in c. 8. h. t. num. 2. A crapula, & ebrietate, quæ est fomes omnium vitiorum. Cap. fin. D. 35. mentis exilium, & libidinis provocat incentivum, diligenter Clerici debent abstinere. Undè vinum sibi temperent, & se vino, nec ad bibendum quispiam incitetur, nam ut ajebat Poeta, & Venus in vinis, ignis in igne fuit. Abolendusque est abusus, quo ad potus æquales suo modo se obligant potatores; qui in hoc culpam committunt, nec desistant à Superiore communiti; ab officio, vel beneficio suspenduntur. c. 14. h. t. Non tamen prohibetur potatio ad æquales haustus, quæ fit causa urbanitatis, Hispanè: *Brindis*. Si ebrietatis absit periculum Vallens. hic n. 7. Nec tabernas ingredi possunt, edendi, aut bibendi causa, nisi itineris necessitate compulsi. c. 15. h. t. c. 2. c. 3. c. 4. D. 44. Et quamvis maximè deceat, quod à comediis profanis abstineant, jam ex usu frequenti non generatur scandalum, ac proinde jam est commune, quod Clerici, etiam in sacris constituti, non peccent gravitèr, si comediis intersint, solum ex curiositate; imò sine ullo peccato assistunt Clerici, & Religiosi comediis honestis, quæ in domibus privatis,

imò & aliquando in Conventibus, vel Collegiis Religiosorum representantur Sanchez. de Matr. L. 9. cap. 46. n. 41. Barb. in c. 15. h. t. n. 3.

6 Clerici etiam debent vitare convivia nuptialia, ubi amatoria, & turpia cantantur, aut motus corporum Choreis, & saltationibus exerceantur, ne auditus, aut obtutus sacris mysteriis deputati turpium spectaculorum, atque verborum contagione polluantur. c. 19. D. 34. L. 37. tit. 5. p. 1. Clericis etiam prohibetur, canes, & accipitres ad venandum habere: licet tamen ipsis piscari: imò & venari, dum ad recreationem licitam, & honestam, honestoque modo fiat. Barb. de Jur. Eccl. lib. 1. cap. 40. ex n. 79. Debetque abesse ab eis avaritia, & idè eis prohibentur negotiationis exercitium, & præcipuè usurarum lucrem. c. 2. C. fin. h. t. cambia, maximè, quæ spe lucri ineuntur. c. 18. in fin. de Censib. L. 46. p. 1. Confectio, & usus auri Chymici sub privatione beneficii, & aliis poenis. Extrav. un. de Crim. falsi. Inter com. Etiam ipsis prohibetur, testamentum condere. c. 1. de Testament. Et si Judices sint, gratis judicare debent, nec accipient munera, vel dona, nec decimam, nec quotam litis, nisi hoc habeat consuetudo. c. 10. h. t. Clerici in sacris constituti nequeunt interesse spectaculis, nec mimis, nec agitationi Taurorum. L. 57. tit. 5. p. 1. ibi: *Non debent ire à verò los juegos, assi como alanzar, & bohordar, & lidiar los toros, & otras bestias bravas, nin à verò à los que lidián.* Et præcipuè est prohibitum, adesse Taurorum agitationi à S. Pio V. Pro Regnis tamen notatræ Hispaniæ poenas, & censuras contra Clericos impositas sustulit Clem. VIII. 13. Januar. An. 1596. exceptis Monachis, & fratribus Mendicantibus, ceterisque Regularibus, cujuscumque Ordinis, & instituti. Barb. de Jur. Eccl. lib. 1. c. 40. n. 62. Et quamvis plures teneant, Religiosos, etiam Magistros, & DD. Universitatis nostræ Salmantinae gravitèr peccare, si agitationi Taurorum intersint, etiam cum Senatus Academicus assisit, nihilominus. Mendo de Jur. Academ. lib. 2. ex n. 311. judicat, sic assistentes excusari à peccato gravi, saltem ob tolerantiam, & consuetudinem: pro qua sententia ibi citat. Rodrig. Lozan. & Pellizar. Clericus verò, vel etiam Religiosus, qui in his Insulis videret gallos gallinæcos pugnare, nullomodo est damnandus; si tamen ipse per se luderet, saltem indecentiam contineret; maximè si hoc faceret frequenter.



7 Clerici officia, vel comeria secularia exercere non possunt, maximè inhonesta, ut carnificum, vel lanionum, & tabernariorum. *Cl. 1. h. 2.* similiter prohibetur, ne intendant mimis, histrionibus, nec jocularioribus. *c. 15. h. 2.* Et qui se joculariter, seu goliardos faciunt, aut bufones, si per annum artem illam ignominiosam exercuerint, ipso jure: si autem tempore breviori, & tertio moniti non respuerint, careant omni privilegio Clericali. *C. un. h. 1. in 6.* Etiam ipsis prohibetur lusus alearum, & taxillorum. *Can. 51. Apost. c. 15. h. 1. l. 57. tit. 5. p. 1. ibi: Otrosi non debent jugar dados, nin tablas, nin pelota, nin tejuelo, nin otros juegos semejantes de estos. Et ibid. Greg. Lop. Et hinc omnis ludus illis prohibetur, qui magis fortuna, quam arte fit: permittitur tamen omnis ludus, qui magis in ingenio, & virtute corporis consistat, quam in sorte, vel fortuna: & gravitèr peccabunt, si frequentèr, & cum scandalo populi ludo prohibito vacent. Si tamen moderatè, & ob recreationem, & sine scandalo populi ludant, licet hoc faciunt, ut accidit in ludo scacchorum, seu latruncolorum, vel etiam trochorum. *Hispani: Algedriz, Damas, y Trucos. Barb. in c. 15. h. 1. ex n. 7.* Quod etiam usus ad chartas pictas. *Hispani: Naypes,* extendi quinimò aliqui Religiosi solent ludo harum chartarum ad recreationem uti. Sed quicumque ludus ad recreationem adhibeatur debet esse moderatus, & honestus, ut ait *D. Thom. 2. 2. q. 168. art. 2. in corp. ibi: Hujusmodi autem dicitur, vel facta, in quibus non queritur nisi delectatio animalis, vocantur ludrica, vel jocosa, & idèd necesse est talibus interdum uti, quasi ad quandam animæ quietem, & hoc est, quod Philosophus dicit in 4. Ethic. quod in hujus vitæ conversatione quædam requies cum ludo habetur; & idèd oportet interdum aliquibus talibus uti, circa quæ tamen videtur tria esse præcipuè cavenda: primum, & principale est, quod prædicta delectatio non queratur in aliquibus operationibus, vel verbis turpibus, vel noxiis, unde Tullius dicit in 1. de Offic. Quod unum genus jocandi est illiberale, perulans, flagitiosum, obscenum: aliud autem attendendum est, ne totalitèr gravitas animæ resolvatur: unde Ambrosius dicit in 1. de Offic. Caroesmus, nedum relaxare animum volumus, solvamus omnem harmoniam, quasi contentum quemdam bonorum operum. Et Tullius dicit in 1. de Offic. Quod sicut pueris non omnem ludendi licentiam damus, sed eam quæ ab honestis actionibus, sic in ipso joco aliquod probi ingenii**

lumen eluceat. Tertio autem attendendum est, sicut & in omnibus aliis humanis actionibus, ut congruat personæ, & tempori, & loco, & secundum alias circumstantias debet ordinari, ut scilicet sit, & tempore, & homine dignus, ut Tullius dicit ibidem, hujusmodi ergo secundum regulam rationis ordinantur. Habitus autem secundum rationem operans est virtus moralis, & idèd circa ludos, potest esse aliqua virtus, quam Philosophus Eutrapiam nominat, & dicitur aliquis Eutrapius à bona conversatione: quia scilicet, benè convertit aliqua dicitur, vel facta in solatium. Et in quantum per hanc virtutem homo refrenatur ab immoderantia ludorum sub modestia continetur. Et art. 4. in corp. ait ex Seneca: sic te geras sapienter, ut nullus te habeat tanquam asperum, nec contemnat quasi vilem: illi autem, qui in ludo deserviunt, nec ipsi dicunt aliquod ridiculum: & dicentibus molesti sunt, quia scilicet, moderatos aliorum ludos, non recipiunt, & idèd tales virtuosus sunt, & dicuntur duri, & agrestes. Debet tamen sumi ludus moderatè, sicut sal pro condimento, & solum ad refecionem virium juxta illud: quod caret alterna requie durable non est: hæc reparat vires, festaque membra levat.

8 Olim Clerici in communi, & in una domo vivebant, & in uno dormitorio dormiebant, & in uno refectorio edebant, & quia juxta Sacros Canones, & sub una regula vivebant, dicebantur Canonici, seu Regulares. *c. 6. D. 32. c. 3. 12. q. 1. c. 9. h. 1.* Quod sciente, & tolerantè Pontifice, per contrariam consuetudinem ablatum est. Ut tamen Clerici liberius Sacra Officia exercent, & Divinis intendere valeant, Laici, quando Sacra Myseria celebrantur, secus Altare, vel in Choro stare, vel sedere inter Clericos non presumant, sed pars illa, quæ cancellis ab Altari dividitur tantum psallentibus pateat Clericis. Ad orandum verò, & communicandum, Laicis, & foeminis sicut mos est, pateant Sancta Sanctorum. *c. 1. h. 1.* In Templis prohibentur musicæ vanæ, & lascivæ. *Extr. un. h. 1. inter com. Nam in Ecclesiis Dei Psalmodia cantanda precipitur, ut fidelium devotio excitetur, & postea reprehendendo talitèr cantantes ait: Currunt enim, & non quiescunt, aures inebriant, & non meditentur, gestibus simulant, quod deponunt, quibus devotio, querenda contemnitur, vitanda lascivicia propalatur. Trid. sess. 22. Decret. de Observ. in celebr. Missæ. Et ibid. Barbos. n. 23. D. Thom. 2. 2. q. 91. art. 2. ad 4. ait: Quod non debent in Ecclesia haberi musica instrumenta, ut Organum, &*

Cithara; quia magis ad delectationem, quam ad devotionem movent. In veteri Testamento permittébantur ob diritiam illius populi. Etiam prohibentur in Ecclesiis ludæ theatrales, & scenici profani, & inhonesti, nulla consuetudine, seu potius corruptelæ ad hoc favente, ne inquinetur Ecclesiæ honestas per talem turpitudinem, nec item possunt Clerici tales ludos facere. *c. 12. h. 1.* Non tamen prohibentur ludæ honesti, & piæ representationes, in quibus præsepe, Sepulcrum Christi, & vita Sanctorum, & alia hujusmodi representantur, & ad devotionem excitant, & in nostra Hispania homines larvati, Gigantes personati, seu apparentes, & chori psallentium, & saltantium intermiscuntur in processionibus, quæ fiunt in die festivitatis Corporis Christi, fortè ad exemplum Regis David, qui in signum lætitiæ saltabat totis viribus ante Dominum. *2. Reg. 6. v. 14.* Quod in tota Hispania servatur, & præcipuè in Urbe Granatensi, ubi mirabili; ferequè incredibili magnificentia, & solemnitate hæc festivitas celebratur. Etiam in Ecclesia Toletana in Octava Corporis Christi, juvenes, qui ibi dicuntur *Seises, d' Infantes,* saltant ad numeros magna cum dexteritate cooperi galeris, etiam patente Sanctissimo Sacramento, ut sæpè vidi; comprobant *Glos. Barb. & Gonz. in c. 12. h. 1.*

9 Etiam prohibitum est causa ludibrii uti habitu Monachali, vel alio Religioso. *L. 36. tit. 6. p. 3.* Et Sæcularis, qui hoc facit, peccat gravitèr, & potest à Judice Ecclesiastico puniri. *Barb. in c. 12. h. 1. n. 4. & 5.* Nec enim res, quæ sacris usibus sunt destinata, debent ad profanos adhiberi, & quia indecens videtur in Ecclesia sumere tabacum, etiam in pulvere, ab hoc deberemus abstinere, sed cum jam usus contrarius in aliquibus locis prævaluerit, potest dissimulari, non tamen potest permitti, quod in Ecclesia sumatur tabacum solidum per fumum, quia hoc valdè indecens est, nec quod masticetur confectio, quæ hic dicitur buyo. Quando verò aliqua necessitas adest, v. g. ob magnam pluviam, vel ob solis æstum, vel si alius locus importunus non invenitur, possunt in Ecclesia fieri honesta convivia: nam in *c. 4. D. 42.* dicitur: Non oportet in Basilicis, seu in Ecclesiis agapem facere, & intus manducare, vel accubitus sternere. Et in *c. 5.* additur: Nulli Episcopi, vel Clerici in Ecclesia conviventur, nisi fortè transeuntes hospicioium necessitate illis reficiantur. *Suar. de Rel. t. 1. l. 3. cap. 6. Tom. I.*

*n. 7. Barb. de Jure Eccl. l. 1. cap. 40. ex n. 52.* Etiam pro honestate vitæ Clericalis, & pro Clericorum obligatione statutum est, ut quilibet Parochus, si ipse Curæ Parochiali non sufficiat, & sufficientes redditus habeat, alium Clericum debeat in socium assumere, qui cum ipso cantet Epistolam, vel lectionem legat, & qui possit scholas tenere, & admonere debet suos Parochianos, ut filios suos ad fidem discendam mittant ad Ecclesiam, quos & ipse cum omni caritate erudiet. *c. 3. h. 2.* Clericus demum talis debet esse qualis vir bonus describitur ab Horat. *lib. 1. Epist. 16. Qui consulta Patrum, qui Leges, juraque servat. Quo multe, magnæque secantur Jurdice lites, quo respondere, & quo causa teste tenentur. Debet enim sibi attendere, & doctrinæ, bonorumque operum se exemplum exhibere, & se populo virtutum speculum ostendere, & maxime caveat, ne sua vita dedecori sit statui Clericali, nec occasionem præbeat, ut à Sæcularibus ordo, & status Clericorum contemnatur, vel blasphemetur. Et in hoc sano sensu debet curam de bono nomine habere, ut dicitur *Eccl. 41.* non verò inhiando, ut stellio plausui, acclamationi, & vanitati; debet tamen cavere, ne incidat in Syllam cupiens vitare Carybdim. Nam licet ego credam, hominem esse Dominum omnium, quæ habet præter vitam, cujus dominium Deus sibi reservavit, ac proindè sua famæ Dominum esse, non tamen potest eam prodigere: nam sic contra charitatem faciet: imò & aliquando contra justitiam: quando scilicet sua fama est aliis necessaria, ut solet esse fama Episcopi, Prælati, Parochi, Prædicatoris, vel Monachi, quod satis significat *D. Thom. 2. 2. q. 73. art. 4. ad 1. ibi: In cuiusque arbitrio est pati detrimentum suæ famæ, nisi hoc vergat in detrimentum aliorum.* Et clarius explicat Aug. in Sermonè de Communi vita Clericorum, in *c. 10. 12. q. 1. ibi: Nolo, ut aliquis de vobis inveniatur malè vivendi occasionem: providemus enim bona, ut ait Apostolus, non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus: propter nos conscientia nostra sufficit nobis, propter vos fama nostra, non polliet, sed pollere debet in vobis. Tenete, quod dixi, atque distinguite: dua res sunt conscientia, & fama: conscientia necessaria est tibi, fama proximo tuo: qui fidens conscientia suæ negligit famam suam, crudelis est. Latius prosequuntur Soto de Just. l. 4. q. 2. art. 3. Less. de Just. lib. 2. cap. 4. n. 59. & 60. Sai de ergo Sacerdotes vivere debemus, secundum**



nostri status sanctitatem, imò & per nos alii sanctè vivere debent: alias, ve nobis! & quidem mihi incredibilem incutit terrorem illa formidabilis Gregorii consideratio: *Cui rei (ait ipse) similes dixerim Sacerdotes malos, nisi aquæ baptismali? quæ peccata baptizatorum diluens, illos ad Regnum Cælestè mittit, & ipsa in locas descendit.*

## TIT. II.

## De Cohabitatione Clericorum, &amp; mulierum.

10. **C**lericis non licet cohabitare in una domo cum quibuscumque mulieribus, de quibus suspicio incontinentiæ esse potest. *c. 16. D. 32. Trid. sess. 25. de Ref. cap. 14.* Etiam si tales fœminæ, mater, vel aliæ consanguineæ sint, quæ instigante Diabolo, & in illis scelis perpetratum reperitur, aut etiam in pedissequis earundem. *c. 1. h. t. L. 38. tit. 6. p. 1.* Et Clericum cohabitantem cum muliere, de qua possit esse rationabilis suspicio, peccare mortalitèr, etiam si consanguinea, vel affinis sit, deducitur *ex c. 9. h. t. & ibid. Barbos. n. 2.* Debet ergo Clericus non solum vitare peccatum, sed etiam illius suspensionem, & à se periculum avertere peccandi, & idèd à consortio fœminarum debet abstinere: nam licet alitèr possit vitare peccatum, tamen in fuga efficax, & facillè invenietur remedium adversus omnes insidias carnis, & Diaboli *ex Apost. 1. ad Cor. 6. Fugite fornicationem, & ut benè notat Aug. non dixit: Resistite, sed fugite, & hinc optimam deducit illationem: Ergo contra libidinis impetum apprehende fugam, si vis obtinere victoriam.* Siquidem teste Philone, & uniuscujusque propria experientia, molestissima omnium affectionum concupiscentia est, à cuius stimulis nec David, nec Salomon, nec ipse Apostolus, alique viri sanctissimi fuerunt exempti: *Et documenta damus, qua simul origine nati.* Quod si absit periculum incontinentiæ, & illius suspicio, permittitur Clericis, habere in sua domo consanguineas, & earum pedissequas. *c. 27. c. 31. D. 81. c. 9. h. t.* Imò & alias fœminas extraneas, si sint provectoris atatis; & bonæ famæ.

**11.** Sed hoc est notandum discrimen, quod extraneæ, si juvenes sint solent esse

suspectæ, secus consanguineæ nisi aliæ circumstantiæ, & indicia suspicionem generent: ac proinde extraneæ si juvenes sint, nullo modo possunt in Clericorum domibus morari, ut deducitur *ex L. 37. tit. 6. p. 1. & ibid. Greg. Lop. V. Son estas:* alios citans. Consanguineæ verò, si aliundè suspectæ non sint, possunt in domibus Clericorum habitare. *c. 9. h. t. L. 37. tit. 6. p. 1.* Et hoc modo facillè concordantur. *c. 1. & c. 9. & alii similes, qui prima facie contrarii videntur.* Etiam Episcopis Sæcularibus permittitur, quod possint in sua domo fœminas, etiam extraneas, habere ut domestico servitio incumbant, dum tamen omnis suspicio absit, ut deducitur *ex Glos. in c. 6. D. 77. V. Sequestratio, & tenent Abbas in c. 1. h. t. n. 3. & alii DD.* Quamvis de Jure Civili in *Auth. Episcopo. C. de Episcop. & Cler.* hoc sit absolutè prohibitum. Sed Jus Civile non potest jus inducere in rebus Ecclesiasticis. *c. 10. de Constit. Etiam in c. 1. h. t. dicitur: Secundum auctoritatem Canonum modis omnibus prohibendum est, ut nulla fœmina ad altare accedere præsumat, aut Presbytero ministrare, aut intra cancellos stare, sive sedere.* Ac proinde non est permittendum, quod fœminæ ascendant illam Ecclesiæ partem, quam presbyterium dicimus, nec possunt transgredi cancellos; *Hispanè: Varandilla.* Uxoribus tamen Gubernatorum, & Pro-Regum in Indiis permittitur, quod in Presbyterio Sacram Communionem recipiant, quia eorum mariti, quorum privilegio gaudent, sunt Vicepatroni nomine nostrorum Regum omnium Ecclesiarum novi orbis. Et sic vidi praticari. Nec fœminæ licet ministrare Sacerdoti, nec urceolos præbere, nec alitèr accedere ad altare, nec responderè, nisi ex Choro, ut respondent Moniales. *c. 29. de Consecr. D. 2.*

12. Clerici concubinarij sunt, qui concubinam instar uxoris, vel domi, vel extra, retinent, habentque cum ea assiduam consuetudinem. *Barb. in c. 4. h. t. n. 3.* Nec poenas concubinariorum, cum sint odiosæ, incurrunt Clerici, qui fornicationem sine qualitate concubinitus, committunt. *Barbos. in Trid. sess. 25. de Ref. cap. 14. n. 6.* Et concubinitus debet esse notorius notorietate facti sufficientè probatus per testes. Tales ergo sunt compellendi à Judice Ecclesiastico poenis, & censuris Ecclesiasticis dimittere concubinas, sed non sint cogendi, earum dimissionem abjurare ob periculum perjurii, & quia non desunt alia media. *c. 3. h. t. Et licet de Jure Communi Clerici concubina*

ab

ab Ecclesiastico, ut digniore, & ne dividetur contentia causarum, posset puniri. *Barb. in c. 2. h. t. n. 4.* Tamen in praxi contra eam solent procedere Judices Sæculares. *Menoch. de Arbitr. cas. 371. n. 12.* Et quidem olim tenebantur fideles vitare Clericum concubinarium notorium notorietate facti, vel juris per sententiam, vel confessionem factam in judicio: nec Sacramentum ab ipso percipere, nec ejus Missam audire poterant. *c. 5. c. 6. D. 32. c. 7. c. fin. h. t.* Aliud erat de non notorio. Hodie tamen non tenetur eum vitare, etiamsi suspensionis censuram ipso jure incurreret, nisi vitandus sit per publicam denuntiationem, ut habetur in *Extr. Martini V. Ad evitanda, Suar. de Cens. D. 31. sess. 4. n. 16. Barb. in c. fin. h. t. n. 3. Sanè in Trid. 24. de Ref. cap. 8. & sess. 25. cap. 14.* sunt stabilitæ varix poenæ in concubinariorum. Clericus enim concubinarium etiam in minoribus constitutus, si habeat beneficium, debet in personam moneri, nec sufficit monitio generalis per edictum: si ita monitus non abstineat, ipso facto privatur tertia parte fructuum, obventionum, & introituum beneficiorum suorum quorumcumque, & pensionum, non verò distributionum quotidianarum, ut declaratum testatur. *Garc. de Benef. p. 11. cap. 10. n. 286.* Contrarium tenent *Barb. in c. 4. h. t. n. 5. & alii,* quæ quidem pro Episcopi arbitrio applicantur fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco, sed non tenetur talis Clericus restituere fructus, quousque per sententiam declaratur reus concubinitus. Sed cum sententia declaratoria ad tempus comissi criminis retrahatur, tenetur restituere fructus præceptos post commissum crimen. *Arg. c. 19. de Heret. in 6. Garc. p. 11. de Benef. cap. 10. n. 190.* Si secundæ monitioni non pareat, sed in delicto cum eadem, vel alia perseverat, amittit omnes fructus, & proventus, & pensiones suorum beneficiorum, qui eisdem locis applicantur, & ab administratione beneficiorum suspenditur, quamdiu, Ordinarius, etiam uti Sedis Apostolicæ delegatus, arbitrabitur. Quod si adhuc in concubinitu persistat beneficiis, portionibus, & pensionibus quibuscumque Ecclesiasticis perpetuè privatur, & redditur inhabilis ad quoscunque honores, & Dignitates, beneficia, & officia, nec dispensatur cum eo usque ad manifestam ejus vitæ emendationem. Si contumax in crimine sit, ultra has poenas denique excommunicatur: nec quævis appellatio, aut exemptio prædictam executionem impedit, & solus Episcopus de

hoc cognoscat, & quidem sine strepitu, & figura judicii, sed sola facti veritate inspecta, si Clericus beneficium non habeat, aut pensionem Ecclesiasticam post monitionem perseverans in delicto puniatur poena carceris, inhabilitate ad beneficia, suspensione ab ordine, aliisve modis puniatur. Si sit Episcopus, & à Synodo Provinciali monitus non abstineat, ipso facto est suspensus, & si contumacitèr persistat ad S. Pontificem deferatur, qui eum juxta delicti qualitatem potest privare. Hæc omnia habentur in *Trident. ses. 25. de Ref. cap. 14.*

13. Clericum concubinarium non solum suspensionem, improprie talem, quæ reddat illicitam, Sacramentorum administrationem, & perceptionem, juxta *c. fin. h. t.* Sed proprie talem, quatenus est censura Ecclesiastica, incurrit; non tamen ipso jure, sed post sententiam Judicis. *Suar. de Cens. D. 31. n. 10. Barb. in c. fin. h. t. n. 4. Gonz. in c. fin. h. t. n. 2.* Et suadet *ex Trid. sess. 25. de Ref. cap. 14.* ubi dicitur: *Suspensione ab ordine, a lovis commodis juxta Sacros Canones puniantur:* quæ verba non ipso jure incursam, sed infligendam censuram denotant, sic interpretante communi Ecclesiæ consuetudine. Contra *Abb. Garc. Covarr. Aceved. & alios* apud citatos: qui tenent hanc suspensionem ipso jure incurrere. Clericus in Sacris, qui à suspectarum mulierum colloquio, vel earum consortio monitus non desistit, excommunicatur. *c. 2. h. t.* Et contra fornicarios varix quidem poenæ in jure sunt statutæ: nam in *c. 5. D. 82.* Jubetur fornicans, decem annis agere poenitentiam, & in *c. 15. D. 81.* ipsis prohibetur ingressus Ecclesiæ, aliæque similes poenæ sunt statutæ, quæ ferè in desuetudinem abierunt. Hodie tamen Clericus ob simplicem fornicationem arbitrio Judicis pro qualitate delicti puniatur. *Glos. in c. 5. D. 82. V. Decem annis. Arg. c. 13. de Vita, & honest. Cler.*

## TIT. III.

## De Clericis Conjugatis.

14. **O**rdines Sacri, non solum in Ecclesia Latina, quam Occidentalem appellant, sed etiam in Græca, quam Orientalem vocant, in *c. 14. D. 31.* sunt impedimentum dirimens ad Matrimonium, ac proinde, nec licitè, nec validè possunt contrahere Matrimonium in

Sa-



Sacris Ordinibus constituti c. 1. h. t. c. 1. Qui Cleric. vel voventes Trident. sess. 24. Can. 9. L. 39. tit. 6. p. 1. ibi: E otrosi, que non pueden casar desque ovieren Orden Sagrada, è si casaren, que non vale el casamiento. Differentia tamen inter Ecclesiam Latinam, & Græcam stat in hoc, quod in hac possunt etiam in Sacerdotes ordinari, qui Matrimonio copulati sunt, eoque licitè utuntur, etiam post presbyteratum susceptum. c. 14. D. 31. c. 7. de Penit. & remis. c. 6. h. t. L. 39. tit. 6. p. 1. Et sic intelligitur Text. in c. fin. D. 31. Ubi dicitur, quod Clerici in Sacris Ecclesiæ Orientalis Matrimonio copulantur. Et ut notat Gl. V. Copulantur, id est, copula utuntur: quomvis multi ex hac littera dixerunt, quod Orientales possunt contrahere, etiam quando sunt constituti in Sacris Ordinibus. In Latina verò, vel Occidentali, qui est Matrimonio copulatus non potest ad Ordines ascendere, ne quidem ad primam Tonsuram, quia est ad Sacros Ordines dispositio. Possunt tamen aliquando conjugati ordinari, si unicam, & virginem duxissent, & de consensu suarum uxorum continentiam perpetuam voverint. c. 2. h. t. D. Thom. in 3. p. sup. q. 53. art. 3. & eorum uxores similiter vovere debent castitatem, vel religionem ingredi: nec deinceps est ipsis licitus matrimonii usus, quia suo juri renuntiaverunt, ut habetur in L. 40. tit. 6. p. 1. Si verò vir sine uxoris consensu Ordines suscepit, cum invita comparte non possit eam suo jure quæsito per matrimonium privare, possunt, imò compelluntur cum eis cohabitare: tenenturque mariti debitum reddere, non tamen illud petere possunt. L. 4. tit. 6. p. 1. D. Thom. in 3. p. sup. q. 53. art. 4.

13 Ex hac antiqua castitatis observantia ab ipso nascentis Ecclesiæ exordium, inferunt Major. in 4. D. 24. q. 2. & alii apud Sanch. de Matr. lib. 7. D. 27. n. 4. Coelibatum esse Sacris Ordinibus injunctum Christi D. præcepto. Juxta illud Luc. 21. v. 34. Attendite autem vobis, ne forte graventur corda vestra in Crapula, & Ebrietate, & Curis hujus sæculi. Et illud D. Paul. 2. Tim. 2. v. 4. ibi: Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, sed cum hi Textus sint valde generales, non convincunt castitatem Clericorum Jure Divino esse injunctam, & idè dicendum est cum communi DD. Jure tantum Ecclesiastico esse annexam castitatem Sacris Ordinibus, quod deducitur ex c. 8. D. 27. ibi: Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis,

& Monachis concubinas habere, seu Matrimonia contrahere penitus interdicitur, contra dicitur quoque matrimonia ab hujusmodi personis disjungi, & personarum, ad penitentiam redigi debere juxta Sacrorum Canonum definitiones judicamus. Trid. sess. 24. de Matr. Can. 9. ibi: Si quis dixerit, Clericos in Sacris Ordinibus constitutos, vel Regulares castitatem solemniter professos, posse matrimonium contrahere, contra diciturque validum esse, non obstante Lege Ecclesiastica, vel voto: anathema sit. Nec si Juris Divini, vel naturalis esset coelibatus posset ab Ecclesia permitti Græcis, quia in Lege Superioris ipsa non potest dispensare. c. 10. de Major. obed. c. 6. 25. q. 1. Nec ex ullo textu, vel ratione constat, Jure Divino, vel Naturali esse Sacris Ordinibus, nec etiam Episcopatu coelibatum annexum. Sic Glos. in c. 6. h. t. v. Votum continentis. D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 11. in corp. ibi: Non est autem essentialiter annexum debitum continentia Ordini Sacro, sed ex statuto Ecclesiæ. Suarez de Relig. tom. 3. lib. 9. cap. 13. Sanch. de Matr. lib. 7. D. 27. n. 5. Barb. in c. 6. h. t. n. fin. Gonz. in c. 1. h. t. n. 3. Hæc ergo obligatio in Clericis servandi castitatem provenit ex voto ab Ecclesia Sacris Ordinibus annexo. c. 6. h. t. ibi: Nos attendentes, quòd Orientalis Ecclesia votum continentia non admisit. c. un. de Voto in 6. Extr. antiquæ ed. Joan. XXII. L. 39. tit. 6. p. 1. ibi: E los Clerigos de Oriente non quisieron esto prometer. Quando Ordinandus hoc scit, & expressè non repugnat, censetur votum emitte-re. c. 1. D. 27. c. 8. D. 28. Si verò repugnet expressè, cum non possit sine intentione voto obligari, tenetur servare castitatem ex præcepto Ecclesiæ. Et idem est, si suscipiens Ordinem Sacrum ignorat, ei esse votum castitatis annexum. Gl. in c. 6. h. t. v. Votum continentia. D. Th. in 4. D. 37. q. 1. art. 1. in corp. Bellarm. suis contro. L. 1. de Matr. cap. 21. Sanchez de Matr. L. 7. D. 27. ex n. 10. ubi plures citat. contra Scotum in 4. D. 37. q. un. Gutierrez. q. Canon. L. 2. cap. 7. n. 4. & alios, qui tenent continentiam Clericorum, non ex voto, sed ex præcepto Ecclesiæ provenire.

16 Et quidem licet Ecclesiæ nullum possit compellere antecedenter, & absolute ad continentiam, & castitatem. c. 13. 32. q. 1. ibi: Sola est enim virginitas, quæ suaderi potest, imperari non potest: res magis voti, quam præcepti est. & ibid. Gl. cum tamen possit Sacris Ordinibus justas conditiones, & Leges ipsis competentes appo-

ne-

nerè, potuit etiam apponere, & defecto apposuit castitatis conditionem, adjungendo hoc votum Sacris Ordinibus, ita ut non aliter ad Sacros Ordines admittat, nisi ordinandi se obligent ad vivendum castè, & continentè. Gloss. in c. 13. 32. q. 1. Quod induxit ad imitationem Christi, & Apostolorum, qui post suam vocationem, non solum non duxerunt uxores, sed etiam qui erant conjugati suas dimiserunt: quod postea secuti sunt alii Episcopi, & Presbyteri. Gonz. in c. 1. h. t. n. 3. Et licet Sacerdotes Legis Veteris non profiterentur statum castitatis, quia pro illo tempore non expediebat, tamen aliquis modus continentia illi temporè accomodatus observabatur. Nam quo tempore in templo administrabant, ab uxoribus abstinabant, ut notant Abulens. & alii cum Suar. tom. 3. de Relig. lib. 9. cap. 13. n. 14. Postea tamen Ecclesiæ castitatem adjunxit Sacris Ordinibus. Et hic usus semper in Ecclesia Latina prævaluit, quin obstat. Can. 5. Apost. ibi: Episcopus aut Presbyter, aut Diaconus uxorem suam præteritæ Religionis non abjicit: nam hoc intelligitur de uxore ducta ante Ordines, cui non sunt neganda alimenta ad sustentationem. Can. 6. & 13. Synod. Constantin. 6. non sunt approbati à R. Pontifici, sed fuerunt additi ab Orientalibus in Trullo. Quod dicit Socrates, & Sozomenus de Concil. Nizeno in c. 12. D. 31. in quo fuit Decretum, quod Sacerdotes non prohiberentur à conjugii usu, si ante Presbyteratum uxores duxerunt, est nullius fidei, quia AA. hujus historia fuerunt Novatiani. Ratio intucendi Legem, & votum continentia fuit, ne Clerici sollicitudine, & cura uxorum, & liberorum implicentur, & à sacris ministeriis distrahanter, & ad redditus Ecclesiæ applicent in pauperes, & peregrinos alendos, non in ditandos, vel dotandos filios, & propter optimam rationem, quam assignat. L. 39. tit. 6. p. 1. Cò tóvieron, que aquellos que havian de consagrar el Cuerpo de nuestro Señor Jesu-Christo, è dar los Sacramentos de Santa Iglesia à los Christianos, que les conviene mucho ser castos. Ita ut hæc continentia Lex consuetudine coepisset, & postea Legibus Ecclesiasticis firmata fuit. Sic notat Gonz. in c. 1. h. t. n. 3. Etiam in Can. 25. Apost. hoc innuitur, ibi: Ex his, qui coelibes in Clerum pervenerunt, jubemus, ut Lectores tantum, & Cantores, si velint nuptias contrahant, quod clarius constat ex primo Concilio, cujus memoria extat, scilicet, ex Illiberitano.

Can. 33. celebrato Granatæ. Qui ergo in sacris constituti uxores defecto ducunt, de jure enim nullum matrimonium contrahunt. L. 39. tit. 6. p. 1. Et idè ad eas dimittendas compelluntur. c. 1. h. t. Et præterea ipsos facti excommunicationem incurunt. Clem. un. de consang. & affinit. Fiantque irregulares, adèd ut nec ad altiores ordines promoveri, nec in susceptis possint ministrare. c. 2. h. t. c. 32. 27. q. 1. 17 Episcopus tamen potest in tali irregularitate dispensare. c. 1. & 2. Qui Cleric. vel vovent. nisi insuper ille Clericus contraxisset bigamiam interpretativam, ducendo viduam, vel corruptam. Barbos. in c. 4. h. t. n. 1. & 2. Similiter ab excommunicatione potest Episcopus absolvere, cum non sit reservata. Gloss. in Cl. un. de Consang. V. Obvire. Etiam sic contrahentes privantur beneficiis, si quæ habent. c. 2. c. 9. D. 28. Non quidem ipso jure, ut tenent Covarr. cum aliis, sed per Judicis sententiam, ut tenent Barb. de Offic. Episcop. alleg. 57. n. 207. Sanch. de Matr. L. 7. D. 42. n. 4. & alii. Et ratio est, quia cum matrimonium sit nullum, illud contrahens nec verè suscepit statum beneficio incompatibilem, nec absolute, & efficaciter beneficio renuntiavit, nec est Textus hanc imponens poenam: imò ex c. 1. h. t. junct. Gloss. fin. Inferunt nostra sententia, & maxime, ex L. 41. tit. 6. p. 1. ibi: Casando algun Clerigo, que oviesse Orden sagrada, non debe fincar sin pena: cò de beulo de bedar de officio, & toller el beneficio que oviesse de la Iglesia. Et ut benè notat Greg. Lop. Non est privatus ipso jure beneficiis, sed est privandus per sententiam. At verò si in sacris constituti defecto contrahunt matrimonium invalidum, non amittunt privilegium fori, tenenturque dimittere uxores, & ad Clericatum redire. c. 1. h. t. Quod si contrahant valide ex dispensatione Pontificia, omnia privilegia Clericalia amittunt, cum deinceps pro Clericis non habeantur. Vallens. h. t. §. 3. n. 6. Denique Religiosi, & Clerici Sæculares in sacris constituti matrimonium defecto contrahentes, sive palam, sive clam, sunt de hæresi suspecti, & quidem aliquando de vehementi, ac proinde à S. Tribunali Inquisitionibus puniuntur. Cesar. Carena de Offic. Inquisit. p. 27. tit. 17. §. 3. ex n. 10. citans Simanc. Peña, Menoch. Farinac. & alios. Regulariter tamen præcipue in nostra Hispania sunt de levi suspecti, consequenterque de levi abjurant. Dian. in Sum. V. ajurare, n. 13. Et tales, vel ad exilium, vel ad tremeas

pe-



per quinquennium mittuntur, vel aliis penis pro qualitate personarum plebii solent. Etiam de levi adjurant, & ferè eisdem penis puniuntur conjugati, qui sine licentia uxoris Sacros Ordines suscipiant, vel Religionem profitentur. *Dian. in Sum. V. Abjurare. n. 7. V. Inquisitores. n. 167.*

18 Clerici in minoribus constituti non solum validè, sed etiam licitè possunt matrimonium contrahere. *c. 3. c. 13. c. 14. D. 31. c. 1. h. t.* Et de omnibus minoribus Ordinibus est intelligendus; *Text. in Can. 25. Apost.* Nam licet loquatur tantum de Lectoribus, & Cantoribus, non excludit Ordines, in quibus eadem militat ratio, & solum ponitur illa taxativa; tantum ad excludendos Ordines majores, in quibus est diversa ratio. *Sanch. de Matrim. L. 7. D. 32. n. 6.* Omnes ergo in minoribus constituti, possunt contrahere matrimonium. *L. 39. tit. 6. p. 1. ibi: Tambien los unos, como los otros* (id est, Clerici Græci, & Latini) *pueden casar habiendo quatro grados.* Possuntque sic contrahere, etiamsi per errorem credidissent, illis Ordinibus esse castitatem connexam. Sed cum malè concordet Cythara cum Psalterio, id est, Laicalis conversatio cum Clericali ministerio, siquidem uxorem habens cogitat, quomodo placeat ipsi, & idè minus, quæ Dei sunt valeat cogitare, cum quasi divisus in duo, plenam sui non habeat potestatem, ut ei à quo stipendium recipit plenè famuletur, quinimò per tales rerum Ecclesiasticarum substantia solet deperire. *C. 5. h. t. Gloss. ibid. V. Cythara.* Idè tales inhabiles, & incapaces habentur ad obtinenda beneficia Ecclesiastica, & amittunt gratias expectativas, accessum, regressum, & quodcumque jus spirituale ad beneficia Ecclesiastica, quod ante matrimonium ex nominatione, vel præsentatione eis competeat. *Barbos. de Offic. Episcop. alleg. 57. n. 205. Sanch. de Matr. lib. 7. D. 42. n. 7.* Quin & hujusmodi Clerici Matrimonium contrahentes, etiam beneficiis antiquis, & pensionibus, aliisque hujusmodi, si quæ habebant, privantur. *c. 1. c. 3. c. 5. h. t. Sanch. de Matr. L. 7. D. 42. n. 14.* Nec juvantur regula de triennali possessione, qua etiam inhabiles, & irregulares non molestantur in possessione, quia Clerici ex eo, quod conjugium inhiissent sicut tanquam Laici, ac proindè beneficiorum incapaces. Ex hac ergo incompatibilitate matrimonii cum beneficio, & simul ex quadam tacita renuntiatione efficacè, qua per matrimonium contractum Clerici beneficiis renuntiant,

his privantur ipso jure, non tamen per sponsalia, benè tamen quando matrimonium contrahunt, licet sit ratum tantum. Et cum per ipsum sit beneficium extinctum, non recuperatur, etiam mortua uxore, nec Religionem ingressa ante matrimonii consummationem; *arg. c. 8. 7. q. 1. Cl. 4. de Rescript.* Nec ad talem privationem est necessaria Judicis sententia. *Sanch. de Matr. lib. 7. D. 42.* Ac proindè à die contracti matrimonii tenentur tales Clerici restituere redditus beneficii; nec permutatio, vel resignatio post matrimonium facta valet, sed ex tunc potest ab alio tanquam vacans impetrari. *Gl. in c. 1. h. t. V. Relinquenda. Gonz. in c. 5. h. t. n. 2. Sanch. de Matr. L. 7. D. 42. n. 4. Barbos. de Offic. Episc. alleg. 57. ex n. 202.* Quando dicitur in *c. 1. c. 3. h. t.* quod Clerici compellantur ad relinquenda beneficia intelligitur de possessione, vel retentione beneficiorum, non verò de jure, vel titulo ipsorum, ut notat *Gloss. in c. 1. h. t. V. Relinquenda. Sanch. de Matrim. lib. 7. D. 42. n. 19.*

19 Aliquanto certæ pensiones, vel potius stipendia assignantur servientibus Ecclesiæ pro Ministerio aliquo temporali, ut Cantori, Organædo, Sacristæ, Advocato, & aliis, quæ quidem, cum non sint cum Matrimonio incompatibiles, nec per ipsum amittuntur. *Sanch. l. 7. de Matr. D. 44. n. 4.* Imò & pensiones Ecclesiasticæ, quæ Titulo Clericali conceduntur, possunt post Matrimonium retineri ex dispensatione Pontificis: nec enim alius in hoc potest dispensare, cum sit Lex Ecclesiastica, in qua solus Papa dispensat, maximè cum hæc dispensatio aliis negari colligatur, ex *c. 5. h. t. Sanch. l. 7. de Matr. D. 42. n. 18.* Milites Laurentani, S. Mauricii, S. Stephani, & alii habent dispensationem, ut retineant post Matrimonium pensiones Ecclesiasticas, quas habebant. *Barbos. in c. 1. h. t. n. 6.* Etiam cum aliis particularibus ex justa causa dispensat Papa, ut tales pensiones, etiam conjugati habeant, & Hispanè dicimus: *Caballeratos. Sobrin. Dictionar. Españ. V. Caballerato,* idem est de aliis beneficiis Ecclesiasticis, quæ possunt à conjugatis haberi ex Pontificis dispensatione. *c. 7. h. t. junct. Gloss. fin. ibid.* Si Clericus in minoribus contrahat matrimonium, quod ob aliquod impedimentum, vel defectum consensus, sit invalidum, etiam beneficia amittere ipso facto tenent. *Abb. & Inol. in c. 7. h. t. Gari. de Benefic. p. 1. c. 8. n. 7. Less. de Just. & Jur. lib. 2. c. 34. n. 113. Barbos. de Offic. Episc. cop.*

*vantur, ut ait Gloss. in c. un. h. t. in 6.* Et quidem citra admonitionem, vel judicis declarationem, cum non per modum poenæ, sed per defectum conditionis requisitæ, imponatur hæc privatio. *Barbos. de Offic. Episc. alleg. 12. n. 19. & 22.* Quid sit de Jure Communi antiquo in *c. fin. de Vir. & honest. Cler.* Quoad cætera privilegia Clericalia: tales Clerici conjugati, etiamsi supradictas condiciones servant, pro Laicis habentur, ac proindè tenentur solvere tributa, gabellas, & vectigalia, sicut cæteri Laici. *c. 7. h. t. & ibid. Gloss. c. 9. h. t. c. un. eod. in 6. l. 49. tit. 6. p. 1. Non se pueden escusar, que non den al Rey sus pechos, y demas tenidos son de facer los otros fueros que facen los Legos.* Clerici ergo conjugati, etiam habentes prædictas condiciones, solum gaudent privilegio fori in causis criminalibus, sive criminalitèr, sive civilitèr intententur, ut clarè deducitur ex *c. un. h. t. in 6.* nam sic melius consulitur decetia, & honor Clericalis status, & aliundè jurisdictio Principum Sæcularium, non nimis coarctatur, sicut fieret, si hoc privilegium ad quæcumque causam civilem extendere-tur, & hanc sententiam tenent. *Sanch. de Matrim. c. 7. D. 46. n. 22. Gonz. in c. 9. h. t. n. 3. Suar. Covarr. & alii;* & ita declaratum à Congreg. Concil. refert. *Barbos. in Trid. sess. 23. c. 6. n. 44. contra Lapum, Francum, & alios,* qui hoc privilegium, etiam ad causas civiles extendunt. Similitèr Clericus, qui ante Matrimonium deliquit, etiamsi post illud non deferat habitum, & tonsuram, quia attenditur tempus commissi delicti. *L. 1. ff. de Penis,* gaudet privilegio fori. *Sanch. de Matrim. L. 7. D. 46. n. 4.* Judices Sæculares, quamvis de causis purè civilibus Clericorum conjugatorum possint cognoscere, non tamen possunt eos apprehendere, & in carcerem conjicere, ut contra *Sanch. de Matrim. L. 7. D. 46. n. 23. Covarr. Gutier. & Montal. tenent declaratum à Congreg. Fagn. in C. Proposuiti, de For. compt. n. 28. & alii:* quia eorum persone sunt exemptæ à jurisdictione Laicorum, etiamsi per Sacros Canones subdantur Laicis in causis mere civilibus Clericus conjugatus dictis conditionibus præditus, non amittit privilegium fori, etiamsi vacet negotiationi, quia in his non est indecens, sic negotiari ad victum honestum quærendum, cum magis ad Laicorum, quam Clericorum statum accedat, nec unquam est hoc in jure prohibitum. *c. 7. h. t. Sanch. de Matrim. lib. 7. D. 46. n. 26. Barb. de Offic. Tom. I.*

de Clericis conjugatis.

*Tom. I.*

Etiam si supradictas condiciones servant, pro Laicis habentur, ac proindè tenentur solvere tributa, gabellas, & vectigalia, sicut cæteri Laici. *c. 7. h. t. & ibid. Gloss. c. 9. h. t. c. un. eod. in 6. l. 49. tit. 6. p. 1. Non se pueden escusar, que non den al Rey sus pechos, y demas tenidos son de facer los otros fueros que facen los Legos.* Clerici ergo conjugati, etiam habentes prædictas condiciones, solum gaudent privilegio fori in causis criminalibus, sive criminalitèr, sive civilitèr intententur, ut clarè deducitur ex *c. un. h. t. in 6.* nam sic melius consulitur decetia, & honor Clericalis status, & aliundè jurisdictio Principum Sæcularium, non nimis coarctatur, sicut fieret, si hoc privilegium ad quæcumque causam civilem extendere-tur, & hanc sententiam tenent. *Sanch. de Matrim. c. 7. D. 46. n. 22. Gonz. in c. 9. h. t. n. 3. Suar. Covarr. & alii;* & ita declaratum à Congreg. Concil. refert. *Barbos. in Trid. sess. 23. c. 6. n. 44. contra Lapum, Francum, & alios,* qui hoc privilegium, etiam ad causas civiles extendunt. Similitèr Clericus, qui ante Matrimonium deliquit, etiamsi post illud non deferat habitum, & tonsuram, quia attenditur tempus commissi delicti. *L. 1. ff. de Penis,* gaudet privilegio fori. *Sanch. de Matrim. L. 7. D. 46. n. 4.* Judices Sæculares, quamvis de causis purè civilibus Clericorum conjugatorum possint cognoscere, non tamen possunt eos apprehendere, & in carcerem conjicere, ut contra *Sanch. de Matrim. L. 7. D. 46. n. 23. Covarr. Gutier. & Montal. tenent declaratum à Congreg. Fagn. in C. Proposuiti, de For. compt. n. 28. & alii:* quia eorum persone sunt exemptæ à jurisdictione Laicorum, etiamsi per Sacros Canones subdantur Laicis in causis mere civilibus Clericus conjugatus dictis conditionibus præditus, non amittit privilegium fori, etiamsi vacet negotiationi, quia in his non est indecens, sic negotiari ad victum honestum quærendum, cum magis ad Laicorum, quam Clericorum statum accedat, nec unquam est hoc in jure prohibitum. *c. 7. h. t. Sanch. de Matrim. lib. 7. D. 46. n. 26. Barb. de Offic. Tom. I.*



## TIT. IV.

## De Clericis non residentibus in Ecclesia, vel Præbenda.

21 **R**esidentia est mansio, seu commoratio assidua moraliter in Ecclesia, seu loco beneficii causa servitii Ecclesiastici personaliter præstandi. Cum enim in beneficii collatione personæ industria eligatur. c. 12. de Offic. delegat. in 6. Non satisfacit Parochus si per Vicarios, vel Capellanos opera sui Ministerii exerceat, sed debet per se ipsum curam gerere animarum, saltem aliquoties, præsertim sic postulantiis Parochianis. c. 4. & 6. h. t. c. 30. §. Qui verò, de Præb. Trid. sess. 23. de Reform. cap. 1. Residere ergo tenentur omnes beneficium aliquid habentes, scilicet, Patriarchæ, Episcopi, Abbates, Præpositi, Parochi, & alii curam animarum habentes, c. 2. c. 3. h. t. Trid. sess. 6. de Reform. c. 1. & sess. 23. de Ref. c. 1. Nam Pastores debent pascere, & regere suum gregem, non mercenario committere; nam ut Trident. sess. 6. de Ref. cap. 1. de his ait: Implere autem illud (id est suum officium) se nequaquam posse sciant, si greges sibi commissos mercenariorum more deserant, atque ovium suarum, quarum sanguis de eorum est manibus à Supremo Jure requirendus, custodia minime incumbant, cum certissimum sit, non admitti Pastoris excusationem, si lupus oves comedit, & pastor nescit.

22 Item residere etiam tenentur omnes, qui in aliqua Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata habent dignitatem, personalem, administrationem, officium, præbendam, vel portionem. c. 16. h. t. Trid. sess. 24. de Ref. c. 12. Imò & beneficium simplex obtinentes residere debent. c. 3. c. 6. h. t. c. 13. de Præbend. Quia beneficium datur propter officium. Sed obligatio prædictorum ad residentiam solum à Jure Ecclesiastico provenit, ac proinde, tum dispensatione Pontificis, tum contraria consuetudine tolli potest. Et sanè hic rigor non ubique servatur: quia in pluribus Ecclesiis sufficit, ad lucranda præbendam grossam, si aliqua parte anni Canonici resident, præcipue in nostra Hispania, ut notat Garc. de Benef. p. 3. cap. 2. n. 330. Imò & in celeberrima Toletana Ecclesia

Canonici assistens die S. Michaelis, si non fallor, lucratur totius anni redditus grossos. Habentes ergo hujusmodi Præbendas, Canonicatus, & Dignitates non obligantur simpliciter ad residentiam, sed tantum sub conditione fructus percipiendi: quod si non resident, sustinent poenam, sed non peccant: decentius tamen erit, & ad decorem Ecclesiæ, & ipsorum Canonicorum officium valde conducens, si frequenter choro adsint, in quo tamquam spirituales Milites merent stipendia, alias, licet, vitent culpam, non merentur laudem. Canonici Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiarum, non solum debent residere in loco suarum Præbendarum, sed insuper debent choro interesse. c. 32. de Præbend. e. un. h. t. in 6. Et per se ipsos canere, saltem spectato juris rigore. c. 2. D. 91. Trid. sess. 24. de Ref. c. 12. ibi: Atque in choro ad psallendum instituto, hymnis, & canticis Dei nomen reverenter, distinguè, devotèque laudare. Et ibid. Barb. n. fin. ubi plures citans, ait, per hunc textum teneri Canonicos sub onere, & obligatione restitutionis distributionum psallere, seu canere in choro, & non satisfacere, si solum assistant, & per Cappellanos, seu alios Beneficiarios psallant, ipsi verò, vel ibi, vel domi privatim recitent horas, & tenent Suar. de Relig. tom. 2. lib. 4. de Horis Can. cap. 13. n. 10. Gonz. in c. 7. h. t. n. 5. & alii. Sed prævaluit consuetudo, quod Canonici distributiones, etiam quotidianas capiant: quamvis ipsi non psallant, sed hoc faciunt Cantores, sufficitque, si ipsi submissa voce horas recitent. Imò majori decencia, concentu, & devotione hæc obligatio cantandi Divinum Officium hodie adimpletur per Cantores dexterimos, qui in Ecclesiis præcipue in nostra Hispania ad hoc munus deputantur. Et consentiunt Suar. ubi supr. n. 13. Barb. in Trid. sess. 24. de Ref. c. 12. n. fin. Gonz. in c. 7. h. t. n. 5. Imò Garc. de Benef. p. 3. cap. 2. n. 514. ait: ad lucrandos fructus, & distributiones sufficere solam assistentiam Canonicorum in choro, etiam si non cantent, nec sint attenti, sed cum aliis loquantur, quamquam in hoc male faciant, & si excessus fuerit notabilis, peccent mortaliter. Et licet Trid. sess. 24. de Ref. cap. 12. videatur excludere consuetudinem, etiam immemorabilem, qua Canonici ultra tres menses possint abesse: tamen in Ecclesia Toletana, & aliis Ecclesiis Hispaniæ consuetudine immemoriali, se à residentia defendere prætendunt. Garc. de Benef. p. 3.

cap. 2. n. 196. Beneficium simplex habentes regulariter, consuetudine sic jus interpretante, residere non tenentur, sed per alium oneri Missarum satisfacere possunt, ut declaratum asserit Garc. de Benef. p. 3. cap. 2. n. 3. & 8. Et etiam in fundatione dicatur, quod Capellanus tot Missas celebret, Beneficiatus per substitutum satisfacit: nec potest ab Episcopo compelli, per se ipsum celebrare: imò nec necessarium est, ut Capellanus Sacerdos sit. Clerici habentes præstimoniam, id est, quasi stipendia, quæ dantur: v. g. ad prosequenda studia, cum nullum servitium annexum habeant, non tenentur residere in Ecclesia, unde ea percipiunt, nec ipsi per se, vel per Vicarium deservire, sed ad Horas Canonicas; vel Officium Parvum B. Virg. privatim recitandum tantum tenentur. Garc. de Benef. p. 3. cap. 2. n. 2. & alii.

23 Episcopi, etiam Cardinales sint, Parochi, & ceteri, quocumque nomine nuncupentur, curam animarum habentes Jure Divino, & Naturali ad residentiam tenentur, ut contra Ambrosium Catherinum tenet communis DD. juxta Garc. de Benef. p. 3. cap. 2. n. 16. Barros. de Offic. Episc. alleg. 53. n. 2. Et in Trid. sess. 23. cap. 1. Quod probatur ex illo Christi D. Pæste oves meas. Quod quidem Pastoris officium Episcopos, & Parochos habere clarè deducitur ex Trid. sess. 6. de Ref. cap. 1. Et luculentius habetur sess. 23. de Ref. cap. 1. ibi: Cum præcepto Divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbiq; Divini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere: declarat Sacrosancta Synodus: obligari ad personalem in sua Ecclesia, vel Diocesi residentiam, ubi injuncto sibi officio defungi teneantur. Et ratio est: Nam quilibet absolute, Jure Naturali tenetur ritè adimplere officium ab ipso susceptum: quod non possunt facere, qui curam animarum habent, nisi resident. Potest nihilominus Papa in residentia dispensare, sicut in voto, & juramento, licet eorum obligatio Juris Divini, ac Naturalis sit, quia ut Christi Vicario est concessa potestas declarandi in hoc casu, vel persona particulari, vel circumstantia, non obligare illud præceptum: siquidem illa obligatio aliquomodo conditionata est, scilicet, nisi aliqua justa causa excuset, ut deducitur ex doctrina D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 5. in corp. Sic Papa potest dispensare in residentia, quando aliquis duos obtinet Episcopos.

copatus, vel Parochias, vel quando Monasterio annectitur beneficium curatum, & licet Monasterii Prælatus sit Parochus principalis, per Vicarium temporalem, vel perpetuum administrat: sic Beneficium Parochiale Oppidi de Navalcarnero annexum est Collegio Maximo Complutensi nostræ Societatis, quin Rector Complutensis Collegii in tali Parochia residet; non tamen potest per consuetudinem, etiam immemorabilem induci, quod Parochus non resideat personaliter: nam à Trid. tollitur, ut irrationalis, & habetur, ut corruptela. Trid. sess. 23. de Ref. c. 1. Licet alii aliter sentiant. Si quis confert beneficium curatum, vel dignitatem ei, qui non potest in eo personaliter residere: & qui beneficium recepit, illud amittit, & qui dedit, privatur pro ea vice potestate conferendi illud beneficium, vel dignitatem. c. 3. h. t. Non tamen ipso facto sed per sententiam: licet quando eligitor persona inhabilis ex defectu ætatis, scientiæ, natalium, &c. ipso jure privetur sic eligens eligendi potestate. c. 7. §. fin. de Election.

24 Episcopus residere tenetur in sua Diocesi, & præcipue in Civitate; in qua est Cathedra Episcopalis. c. 21. 7. q. 1. Trid. sess. 23. de Ref. cap. 1. Nisi causa visitandi, vel alia justa causa, vel consuetudine à tali residentia in Civitate excusetur. Sic Archiepiscopi Toletani regulariter resident Matriti. Parochus debet residere in domo Parochiali, vel prope Ecclesiam, etiam si major pars Populi, ut in his partibus Indiæ contingit, longe ab Ecclesia degat. Barb. ad Trid. sess. 23. de Ref. cap. 1. n. 45. vel saltem intra limites Parochiæ ex Congreg. Cardin. Etiam si tres, vel quatuor tantum incolæ remaneant in Parochia, nisi Parochialis Ecclesia in totum Parochianos habere desierit. Barb. in Trid. sess. 23. de Ref. cap. 1. n. 27. Si quis duo beneficia ad residentiam obligantia incorporata habeat in majori Ecclesia: Hispanè: Cabecera, residere tenetur. Ecclesiæ verò unitæ, Hispanè: Visita, per Vicariam deserviet. c. 30. §. Qui verò, de Præb. si duo beneficia non unita ex dispensatione obtineat, & utrumque sit curatum, vel utrumque simplex, residere debet in loco digniori, quod si non constet, quisnam sit dignior, in frequentiori debet residere, & ceteris paribus, potius in Civitate, quam extra eam. Garcia de Benef. p. 3. cap. 2. n. 179. Si aliud simplex sit, aliud curatum, in hoc ob necessitatem animarum residere tenetur. Ex Const. Cupientes S. Pii V. an. 1568. Barb. de Offic. Episc.